



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Gabrielis Navdæi Parisini Pentas Quæstionum
latro-philologicarum**

Naudé, Gabriel

Genevæ, M. DC. XLVII.

Illustrißimo Reuerendißimóque Domino D. Iosepho Maria Svaresio
Vasionensi Episcopo Vigilantissimo, Gabriel Navdævs S.P.D.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70696](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70696)



Illustrissimo Reuerendissimóque
Domino D.

IOSEPHO MARIA
SVARESIO VASIONENSI
Episcopo Vigilantissimo,

GABRIEL NAVDÆVS S. P. D.



QVOD vertentis anni principi
singulis in more & urbanitate
vita consuetudine positum
ut vel affectum in amicos,
obsequium in Dominos, munusculis
busdam significant; hoc ipsum tua
fertim de causa, Antistes dignissime, re
tentibus iam noui & auspicalis Anni
lendis, mihi faciendum esse intelligo;
suauissima tua cōsuetudini plurimum
dem antea deditus, nunc etiam ampli
ma tua Dignitati me totum submitto
mūlque vehementer gaudeo splendo

animi ingeniique tui præclarissimum, ad-
 eò illustri & edito in loco constitutum esse,
 ut honos Virtuti tuæ redditus, summam in
 animis hominum rectè sentientium Volu-
 luptatem concitet, & Eminentissimo Car-
 dinali Barberino magnam omninò judicij
 laudem videatur allaturus. Cum te unum
 utriusque dictionis laude florentem, lite-
 risque humanioribus non vulgariter in-
 structum, & in versandis cum priscorum
 Patrum, tum eorum præsertim scriptorum
 monumentis qui veteris Ecclesiæ ritus &
 mores explicant, nemini secundum, tot le-
 ctissimis Præsulibus socium esse curaverit,
 quorum postea vitam singularis tuæ probi-
 tatis exemplo illustrare, auctoritatèque
 doctrinâ & eruditione tueri atque sustine-
 re posses: maximè cum solus fermè videar-
 is aptus hac tempestate, licet ipsa doctis-
 simorum virorum mirè fœcunda sit, qui
 jure merito censeri debeas

Potens ouantis prægnanti lumine
 mentis

Prisca vetustorum detenebrare pa-
 trum.

Quamobrem postquam eò jam dignitatis

B iij

prouectus es, ut non modo Soteria, vel Apophoreta, sed Xenia quoque à nobis tenuibus, & vix capite census, jure tuo possit repetere, atque etiam sic in litteras sis affectus, ut ab ipsarum studiosis nullum nisi literarium munus videaris ambire; Sane Quæstionem hanc, quæ me nuper Ceruiam cum optimo meo Mæcenate reuersum, & istius loci solitudine atque tædii penè confectum, non injucundè exercuit, velut omnium aptissimam selegi, quæ tuis votis, sic meo quoque possem officii satisfacere; quod equidem futurum non dubito si meam quam profecto in hac vides elucere voluntatem, animique singularem ad te amandum & obseruandū præpensionem, quæ tua erit in me Humanitas & beneuolentia, benignus ut cuncta me solitus es, etiam nunc amplectare. Quod ut facias, rogo te etiam atque etiam. Vale.

Dabam Ceruiæ. Kal. Ian.
 M. DC XXXIIII.

QVA